LEctiones prædictas de ſancto Franciſco Saleſio Epiſcopo Gebennenſi diligenter reuiſas. Congregatio Sacrorum Rituum approbauit die 18. Septembris 1666. Eaſque Sanctiſſimus cum ſupradicta Oratione propria, ad preces Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, in Breuiario Romano die 29. Ianuarij apponi mãdauit, ab omnibus Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus, tam ſecularibus, quàm regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur de Cõmuni Confeſſ. Pont. ſub ritu ſemiduplici recitandas; Officium vero S. Petri Nolaſci in diem 31. eiuſdem menſis proximam, ſcilicèt, non impeditam transferri iuſſit. Die 21. Octobris 1666.

M. Epiſc. Portuenſ. Card. Ginettus.

Loco ✠ ſigilli.

Bernardinus Caſalius S.R.Cong. Secr.

CVM FACVLTATE MATRITI,

Ex Typographia REGIA, Anno M.DC.LXVIII.

O... ICIVM
S. VI... TII
FE... I
C...
ORDINIS ... ORVM.

A Sac. Rit. Congregatione ... approbatum.

De mandato Sanctiſ... NTIS Papæ IX. in Breui... ndum.

Et ab omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, qui ad horas Canonicas tenentur, ad libitum die quinto Aprilis recitandum.



Matriti, Ex T... Anno 1668.

LEctiones prædictas de ſancto Franciſco Saleſio Epiſcopo Gebennenſi diligenter reuiſas. Congregatio Sacrorum Rituum approbauit die 18. Septembris 1666. Eaſque Sanctiſsimus cum ſupradicta Oratione propria, ad preces Sereniſsimi Ducis Sabaudiæ, in Breuiario Romano die 29. Ianuarij apponi mãdauit, ab omnibus Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus, tam ſecularibus, quàm regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur de Cõmuni Confeſſ. Pont. ſub ritu ſemiduplici recitandas; Officium vero S. Petri Nolaſci in diem 31. eiuſdem menſis proximam, ſcilicèt, non impeditam transferri iuſsit. Die 21. Octobris 1666.

M. Epiſc. Portuenſ. Card. Ginettus.

Loco ✠ ſigilli.

Bernardinus Caſalius S.R. Cong. Secr.

CVM FACVLTATE MATRITI,
Ex Typographia REGIA, Anno M.DC.LXVIII.

(4

OFFICIVM S. VINCENTII FERRERII CONFESSORIS, ORDINIS PRÆDICATORVM.

Semiduplex.

A Sac. Rit. Cong. recognitum, & approbatum;

De mandato Sanctiſsimi D. N. CLEMENTIS Papæ IX. in Breuiario Romano apponendum.

Et ab omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, qui ad horas Canonicas tenentur, ad libitum die quinto Aprilis recitandum.



Matriti, Ex Typographia Regia, Anno 1668.

IN FESTO

S. VINCENTII FERRERII,

Ordinis Prædicatorum.

Semiduplex, & ad libitum.

Omnia de Communi Confeſſoris non Pontificis, præter Orationem propriam, & Lectiones ſecundi Nocturni.

Oratio.

DEus, qui Eccleſiam tuam beati Vincentij Confeſſoris tui meritis, & prædicatione illuſtrare dignatus es: concede nobis famulis tuis, vt & ipſius inſtruamur exemplis; & ab omnibus eius patrocinio liberemur aduerſis. Per Dominum noſtrum, &c.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente. Si verò in

Quadrageſimi Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula. de Comm Confeſ. non Pontif.

IN II. NOCTVRNO

Lectio iv

VIncentius honeſta ſtirpe Valentiæ in Hiſpania natus ab ineunte ætate cor geſsit ſenile. Qui dum caliginoſi huius ſeculi labilē curſum pro ingenij ſui modulo cōſideraret, Religionis habitū in Ordine Prædicatorū decimo octauo ætatis ſuæ anno ſuſcepit, & emiſſa ſolemni profeſſione ſacris litteris ſedulò incumbens Theologiæ lauream ſumma cū laude conſecutus eſt. Mox obtenta à Superioribus licentia verbum Dei prædicare, Iudæorum perfidiam arguere, Saracenorū errores confutare, tanta virtute, & efficacia cœpit, vt ingentem ipſorum infidelium multitudinem ad Chriſti fidem perduxerit, & multa Chriſtianorum millia, à peccatis ad pœnitentiam, à vitijs ad virtutem reuocarit. Electus enim à Deo, vt monita ſalutis in omnes gentes, tribus, & linguas diffunderet, & extremi, tremendique iudicij diem appropinquare oſtenderet, omnium auditorum animos terrore cōcuſſos, atque à terrenis affectibus auulſos ad Dei amorem excitabat.

Lectio v.

IN hoc autem Apoſtolico munere hic vitæ eius tenor perpetuus fuit. Quotidie miſſam ſummo mane cū cantu celebrauit, quotidie ad populum concionem habuit, inuiolabile ſemper ieiuniū, niſi vrgens adeſſet neceſsitas ſeruauit, Sancta, & recta cōſilia nulli denegauit, carnes nūquam comedit, nec veſtem lineam induit, populorum iurgia ſedauit, diſsidentia Regna pace compoſuit, & cum veſtis inconſutilis Eccleſiæ diro ſchiſmate ſcinderetur, vt vniretur, & vnita ſeruaretur, plurimum laborauit. Virtutibus omnibus claruit, ſuoſque detractores, & perſecutores in ſimplicitate, & humilitate ambulans, cum manſuetudine recepit, & amplexus eſt.

Lectio vj

PER ipſum diuina virtus, in confirmatione vitæ, & prædicationis eius, multa ſigna, & miracula fecit. Nā frequentiſsime ſuper egros manus impoſuit, & ſanitatem adepti ſunt: Spiritus immundos è corporibus expulit; Surdis auditum, mutis loquelam, cœcis viſum reſtituit; Leproſos mundauit, mor-

mortuos ſuſcitauit. Senio tandem, & morbo confectus infatigabilis Euangelij præco, plurimis Europæ Prouincijs cum ingēti animarum fructu peragratis Venetiæ in Britannia minori prædicationis, & vitæ curſum feliciter conſummauit, anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo decimo nonō, quem Calixtus Tertius Sanctorum numero adſcripſit.

IN III. NOCTVRNO

Euangelium. Sint lumbi veſtri præcincti, de Communi Confeſſoris non Pontificis. Miſſa, Os iuſti, Cum oratione propria Deus qui Eccleſiam &c. vt ſupra.

Cum Sanctiſſimus D. N. Clemens Nonus ſub die 29. Nouembris 1667. ad preces Sereniſſimæ Hiſpaniarum Reginæ, & eius nomine Excellentiſs. D. Marchionis de Aſtorga Catholicæ Maieſtatis Oratoris ordinarij mandauerit apponi in Breuiario Romano Officium S. Vincentij Ferrerij Ordinis Prædicatorum ſub ritu ſemiduplici ad libitum recitandum ab omnibus Chriſti fidelibus, qui ad horas Canonicas tenentur, tùm Sæcularibus, tùm Regularibus vtriuſque ſexus; Et cum denuò ſupplicatum fuerit in Sac. Rituum Congregatione pro approbatione ſupraſcriptarum Lectionum cum Oratione propria dicti Sancti. Eadem Sac. Congregatio ſupradictas Lectiones cum Oratione diligenter reuiſas, ad relationem Eminentiſsimi, & Reuerendiſsimi D. Cardinalis Gualterij approbauit, ac recitari, & imprimi poſſe conceſsit. Hac die 10. Martij 1668.

M. Epiſc. Portuenſis Card. Ginettus.

Locō ✠ Sigilli.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congreg. Secr.

UNIVERSITARIA